





*59.*  
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

IN ACADEMIA LIPSIENSI

CONSENSV

*1739, 16.*

DISSERTATIONEM

DE MARITO

ADMINISTRATORE

ET VSVFRVCTVARIO

BONORVM VXORIS

ADHVC MINORENNIS

SVB MODERAMINE

DN. ABRAHAMI KAESTNERI

IVRIVM DOCTORIS ET PRACT.

IN

AUDITORIO ICTORVM

DEFENDET

CAROLVS GOTTLIEB MÜLLERV

DELITIO- MISN.

*LIPSIAE, cib LCC XXXIX, die IV. Martii.*

LITTERIS GABRIELIS TROGIL.

AN

AGRICULTORUM SORDIDIS

PERMUTATIONE PERSICIS

ET ALIIS VITIS

IN MONSATRUM

PRO RYAN

EPORRAN

ONIAVTO

AKKOTIS

PRA

W

MED  
CIVI  
CARO  
RITT  
CT

I

DN

STI

ta  
neris  
cider



VIRIS

PRAENOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, EXPERIEN-  
TISSIMO, DOCTISSIMIS DOMINIS,

DOMINO

WOLFFIO HENRICO  
SCHREY,

MED. DOCTORI ET PRACTICO IN PATRIA  
CIVITATE FELICISSIMO, ACAD. CAESAR. LEOP.  
CAROL. NAT. CVR. SOCIO GRAVISSIMO, CIVITATIS  
RITTERFELDENSIS EIVSDEM QVE PRAEFE-  
CTVRAE PHYSICO ORDINARIO, BENEFICII  
SCHVLZIANI COLLATORI  
INTEGERRIMO

NEC NON

DOMINO

IOANNI FRIDERICO  
APFELIO,

DN. HEREDITARIO IN NIEMECK,  
STIPENDII SCHVLZIANI COLLATORI

DEXTERIMO,

PATRONIS AC FAVORIBVS SVIS

MVLTIS NOMINIBVS COLENDIS

SPECIMEN HOC ACADEMICVM  
SVBMISSA ANIMI VENERATIONE  
SACRVM ESSE CVPIT,  
SIMVLQVE MONVMENTVM PUBLICVM  
MEMORIS TANTORVM BENEFICIORVM ANIMI  
STATVIT  
ATQVE VLTERIORI FAVORI ET PATROCINIO  
SE SVAQVE STVDIA  
COMMENDAT  
TANTORVM NOMINVM  
OANNI FRIIDERICO  
OBSERVANTISSIMVS CVLTOR  
CAROLVS GOTTLIEB MÜLLER.



8

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup>  
DE MARITO  
ADMINISTRATORE ET  
VSFRVCTVARIOBONORVM  
VXORIS AD HVC  
MINORENNIS.



§. I.

E origine dotis variae inter eruditos ortae sunt opiniones. Multis tamen dotis constitutae ratio probabiliter exinde fluxisse videtur, quod contemptim haberi mulierem indotatam, experientia doceret, quodque amor mariti extingui putaretur, si pro oneribus matrimonii ferendis nil quicquam ipi concederetur leuaminis. v. STEPH.

GVAZZ. de ciuil. conuersat. L. 3. p. 356.

§. II.

Equidem certissimum est, matrimonia non dotibus sed affectibus constare, neque dotem ad matrimonii substantiam pertinere,

A

alias

alias quippe sexui muliebri male legibus esset consultum. Quia vero perpauci dantur procii, qui pecuniam amori coniugali non anteponunt, iuxta tritum illud: Geld, Mägden ich habe dich lieb; et perplures aies alienum per multos annos contractum, dote sperata exfoluerent sanguinum, factum etiam exinde, ut pleraque matrimonia prohdolor non amore, sed dote tantum congrua hodie contrahantur.

S. III.

Ne vero procii repulsam ferre cogantur, diuites plerumque fere iactant, interpositis conciliatoribus variisque aliis mediis, haud raro non adeo laudabilibus, simplicitati puellae laqueos ponunt donec tandem verbis phaleratis decepta in omnia conficiant, nam

*Sponsa familiam, characterem, diuitias iactanti,  
Vt Monacho pater noster oranti*

*Et Notario instrumentum conficiens  
creditur, v. COCCEIVS de curiositate legali proficia, concl. 4. in eius  
volum. I. p. m. 1599. Huius generis procii parum, quod MARTIALIS  
canit, curant:*

*Vxorem quare locupletem ducere nolim,  
Quaeritis? vxoris nubere nolo meae.*

Optime hac de re SYRACID. cap. XXV. v. 28. et 29. loquitur: Wenn das Weib den Mann reich macht, so ist da eitel Haader, Verachtung und grosse Schmach.

IV.

Cum itaque talia matrimonia rarissime eveniant felicia, procius non tam pecuniam, quam virtutem in sponsa, et plane nullam puellam quaerere deberet, nisi ipse, quomodo honeste feminam alere possit, docere queat, quod multis in locis obseruari scimus, necesse est. Hinc etiam LYCVRGVS et SOLON. cauerunt, ut virgines indotatae nuberent: ne propter inopiam aliquae relinquerent innuptae, et aliae ob diuitias magis, quam ob spectatos mores ab adolescentibus tolerentur. v. ANTONII GIBERTI COSTANI de dotibus et earum iure commentarii, p. m. 669.

V.

Ast, quem in finem haec similiaque adduco? Surdis sane fabula narratur. Diues omnis quis sit quaerimus, nemo an bonus. Diuitiae et bona dicuntur secundus sanguis. vid. Gloff. & ibi BALD. in l. aduocati 14. C. de aduocat. diuers. iud. Pecunia est lac et succus Reipublicae. v. MARQVAR. de iure commerc. p. 94. Pauper itaque virgo,

virgo, nisi cuidam aliquando facies sit pro dote, non facile nubendi occasionem habebit, et iuxta vulgatum: *vbique iacet.* Diuitem vero communiter querunt; Hanc, si inueniunt, admodum formosam, pulchram incomparabilemque credunt, etiam si haud raro tritum illud applicari possit:

*Ranam, putat esse Dianam,*

*Ceruam, credit esse Mineruam,*

*Et deformis pecus, iudicat esse decus.*

Miser autem procus cui aurum et argentum super omnia, si quaedam de Amasia sua ipsi in aurem quasi dicantur, cito respondet:

*Nummus honoratur, sine nummis nullus amatetur.*

*Nummus ubi loquitur Tullius ipse taceret.*

En modum contrahendi matrimonium plerisque iucundum atque vistatisimum.

### §. VI.

Vt itaque malo, quo de §. i. dictum obuiam iretur, tacita consuetudine sensim inductus fuit dotis dandae ritus, et conditio, ex qua deinceps mulieris intererat, vt inciperet, esse dotata, v. l. 71. §. 3. ff. de condit. & demonstratio. l. 5. de iure dot. Et quoniam successu temporis omnis procus dotem desiderauit, sineque hac difficulter in matrimonium consensit, dotatas autem esse mulieres ad sobolem procreandam replendamque liberis civitatem, maxime fuit necessarium v. l. 1. solut. matrim. lex superueniens tandem consuetudinem introductam approbavit, vt dos feminis constitueretur, vid. l. 19. ff. de R. N. conf. IOACH. HOPPER. de vera Iurispr. L. X. tit. 2.

### VII.

Ne vero mulieres dotibus suis defraudarentur, cum Reipublicae interfides dotes ipsis integras seruari, sua sponte fluit, cauendum etiam esse a maritis intuitu dotis illatae; hinc vxor ratione dotalium in bonis mariti, a tempore contracti matrimonii tacitam habet hypothecam, v. l. vn. §. 1. C. de rei vxor. act. GAIL. L. II. O. 86. n. 3. idem obtinet ratione augmenti dotis. Nou. 97. c. 2. a die augmenti. De iure Saxon. v. P. II. C. 24. ad eamque CARPZ. alia priuilegia, quae dotis intuitu concessa leguntur, adducere supersedeo, cum illa vbique occurrent.

### VIII.

Non autem nouum est vt ius ciuile et iura hodierna plerorumque locorum feminis quoad dotem illatam prospiciant, sed idem iure Hebraeorum etiam obtinuit. Non iniucundum erit ex SELDENI

A 2

uxore



vxore Hebraica hac de re quaedam adduxisse. Sic autem ille L. II. c. 10.  
 ex instrumento dotali, quod sponsus sponsae dedit, scribit: *In me  
 recipio praestare, in me recipio præstationem totius ipsius dotis etiam et  
 bonorum, quae secum ipsa sponsa iam attulerit, aut postmodum sibi acqui-  
 serit, item et dotis incrementi conditionumque qualiumcunque ad dotem  
 attinentium, nec in me solum, sed etiam in haeredes meos, qui mihi  
 successerint, et in omnem substantiam meam pretiosorem, possessionesque  
 meas qualescumque sub coelo; quae sue nunc mihi sunt, siue in posterum  
 fuerint, idque sue res fuerint mobiles siue immobiles; quae vniuersa  
 pignori sunt atque hypothecae doti iam dictae toti ac rebus quas secum at-  
 lerit, seu postmodum acquisierit sponsa et incremento dotis, ut exinde  
 haec præstentur, siue dum superstes fuero, siue postquam sim mortuus.*  
*Quod et de Pallio super humeris meis dictum volo. Quin et obligatio  
 omnium rerum, quae supra scribuntur memoranturque implendo, non  
 qua probatio suffpetat, deficiat, seu pro libelli formulae vi, sed iuxta  
 vim et effectum omnium libellorum dotalium, qui in vsu apud Iraelitas,  
 et secundum id quod receperunt et ordinarunt Rabbini nostri piae memo-  
 riae. Haec SELDENVS. Patet ex his quod etiam apud Hebreos  
 sponsae a sposo in securitatem dotis illatae oppignorata fuerint  
 omnia ipsius bona mobilia et immobilia.*

## §. IX.

Quid vero si sponsus bonis, quibus cauere possit, destitutus  
 queritur, an sponsa fideiustorem exigere queat? iure ciuili concep-  
 tis verbis negatur, per l. 2. C. ne fides iuss. vel mand. dot. dentur, addita  
 ratione: *ne causa perfidiae in coniubio eorum generetur;* Mulier scilicet  
 non debet plus extraneo quam marito credere. Ridiculam vero ad-  
 ductam rationem vocat ac in Germania fideiustores admitti, I. Ctorum  
 assensu et Praejudicio F. I. Helmst. adfirmat ill. LEYSER. Spec. ad P.  
 XII. med. i. p. m. 134. et spec. 523. medit. 8. p. 870. seq. v. omn. BEYER.  
 ad P. tit. de fideiuss. posit. 7 - 15. CAR PZ. P. II. C. 42. def. 17.  
 GRAEVIVS Pract. Concl. Lib. II. concl. 48. confid. 1. m. p. 246.  
 BALDV NOVELLV de dote C. VI. Priuile. 21. p. m. 51. seq.

## X.

Vxor igitur quae semel in matrimonium consensit, marito bo-  
 norum administrationem, et propter hanc, nec non ob onera ma-  
 trimonii vsumfructum illatorum ipsi relinquere tenetur, id quod in  
 specie de iure nostro Saxonico adserendum. An vero hoc assertum  
 expresso scriptoque iure nitatur, adeo expeditum non est. Adfir-  
 mant hochaud pauci. Ex multis adduco RAVCHBAR. L. I. qu. 47.  
 n. 32.

— DSSC — 150 — DSSC —

n. 32. et CARPZ. P. II. C. 15. d. 25. qui hunc in finem adlegant  
Land. R. Lib. I. Art. 31. ibi: Wenn ein Mann ein Weib nimmt, so nimmt  
er sie in sein Gewehr, und alles ihr Gut zu rechter Vormundshaft; L. III.  
Art. 45. ibi: Der Mann ist Vormund seines Weibes, zu Hand, als sie ihm  
angerauet wird. et in verb: Das Weib tritt in sein Recht, wenn sie in sein Bett  
tritt, &c. per quos textus tamen à tutela ad vsumfructum vix argumen-  
tari licebit. Ex verbis vero, Lib. I. Art. 31. Mann und Weib, haben  
nicht gezweyet Gath zu ihrem Leibe &c. ad quae potissimum prouocant, id  
saltēm adpareat, quod non solus maritus, sed vterque coniugum,  
vsumfructum omnium bonorum communem habere debeant. Ut  
propretra perceptio vsumfructus non tam iuri expresso, quam con-  
fuetudinario adscribendus videatur. v. BARTH. de marito vsumfruc-  
tuario Saxonico Cap. II. §. I.

### XI.

Vtrum vero etiam hic vsumfructus marito, qui minorenem  
vxorem duxit, competit, an potius ex manibus curatoris aetatis illum  
percipere debeat, nuper tandemmodo coram Praetorio Lipsiensi con-  
trouersum. Curator minorenis suae maritaree potissimum vrgebat,  
bona sua hypothecae adhuc subiacere donec liberatus esset, hinc ipse  
vsumfructum etiam ex aedibus, quas vxor minorenis possidebat,  
percipere intendebat, propterea que a iudice, praeceptum de non  
soluenda mercede ad conductores aedium, petebat. Reus vero pree-  
primis ad textus iuris Prouincialis, §. praeact. adductos, prouocabat  
slibique per eos et administrationem et vsumfructum competere, ad-  
serebat. Vtraque tandem parte satis audit, Inclitus Scabinatus Lip-  
sensis in causa R. W. in Vormundshaft Chyssianen D. G. Klägers, contra  
Fr. G. (maritum scil.) beflagten, Mens. Jun. 1736. sequentem in modum  
pronunciabat: Dass Klägers Suchen, weil Beflagter von seines Ehe-Weibs  
Vermögen legitimus administrator ist, auch in §. 30. der teipziger Vormund-  
shaft-Ordnung klar versehen, was ein Vormund derer Pfleg- beschleinen, welche  
sich in Ehestand begeben, und daselbst unter der Münd- und Unmündigkeit des  
verheyratheten Theils kein Unterschied gemacht wird, zu praestiren schuldig ist,  
alltier auch auf keine Caution, weshalber aber besondere Ursachen zu exprimi-  
ren gewesen, nicht angefragter werden, angebrachter maassen nicht statt hat.

### §. XII.

Aliud autem dicendum et marito vsumfructus non concedendus,  
si male administraret, v. g. onera matrimonii non sustineat, tributa, vel  
etiam vsumfructus de forte, Paraphernalibus forte inherente, non exsol-  
uat &c. v. RICHTER de Success. ab Intest. Sect. 4. membr. 1. n. 9. item,

si bonis cedat &c. Hinc in dicta causa, leuteratione à euratore aeratis interposita, inclita Fac. Iur. Lips. Mens. Dec. anni praeteriti, sequentem tulit sententiam: Nummhus in Anhezung, daß Kläger fol. 121. beflagns uite administration einiger massen begebracht, (tributa sc. a marito soluta non erant) vornehmlich aber, weilen er, befage begelegten Fasculs teibi bonis cedat, aus denen Acten so viel zu befinden, daß Klägers Suchen statt hat, derowegen denselben auch fernerhin die administration seiner Pfleg befohlen Vermogens zu überlassen, und das fol. 2. gesuchte Verbot (de non soluenda a conductoribus mercede) mit zu thelen.

### §. XIII.

Ex dictis, pauperi marito, illi etiam qui minorenem duxit vxorem, administrationem et vsum fructum rerum illatarum competere adparat, modo bene et instar boni patrisam. administret. De distinctione inter bona dotalia et Paraphernalia quedam adducere lubens supercedet, lectorem autem cupidum ad BARTHII dissertationem §. 10. citat. et ZIGLERVM de iure dotium, in eius Volum. p. 910. seq. ablego.

## COROLLARIA.

### I.

Res, vxori a marito ad vsum et ornatum commodatae, si ante vxoris obitum reuertuntur ad maritum, pro Gerada non habentur, sed haereditariae fiunt, adeoque marito adquiruntur. Ratio ea dari potest, quia quae in possessione vxoris defunctae tempore mortis non inueniuntur, rebus Geradicis accenseri nequeunt. Possessio enim mulieris, ex qua verum dominium praesumitur, propinquus Geradae causa est, Weichb. art. 23. vbi Gloss CARPZ. P. II. C. XIV. d. 27. et 30. Neque nuda rei traditio, nullo titulo suffulta, per se aliquid iuris in accipiente transfert. l. 31. pr. d. A. R. D. nedum proprietatem et dominium. Animus donandi etiam hic non praesumitur, quippe donationes inter coniuges ipso iure invalidae habentur. 1. 1. ff. et C. de don. int. vir et vx. Haec iuris ciuilis principia expresse confirmata leguntur in Land= R. l. 1. a. 31. §. Darum mag. CARPZ. P. I. C. 13. d. 14. In rebus igitur utensilibus post mortem vxoris cognata, superfite marito,

— DSSC — 7 ( — DSSC —

marito; nihil iuris habet, sed easdem in' mariti dominio  
relinquit. Quam sententiam praeiud. Fac. Iur. Vit. confirmat  
de WERNHER. in Enunc. P. I. En. 10. p.m. 17. sqq. quem  
omnino vide.

8

## II.

Olim veteri iure Germanico nihil discriminis inter bona vxoris dota-  
lia et paraphernalia fuit, uti recte obseruarunt viri eruditione  
celebratissimi. Hodie omnino differunt. In dotalibus enim  
omnia fere, quae in iure Romano circa dotem constituta  
deprehenduntur, iura ac priuilegia adhuc hodie obtinent.  
His contradistinguunt paraphernalia, quorum dominium  
vxori, marito administratio et vsusfructus conceditur. Quibus  
accessit tertium bonorum genus, puta receptitia, Spiel-  
Gelder, quorum proprietas et vsusfructus et administratio  
penes vxorem est. v. ill. LEYSER. Spec. ad n. 102. med. 3. et 2.  
et GAERTN. diss. de diss. inter dot. et paraph. §. 6.

## III.

Vsusfructus paraphernalium non ex iure ciuili, sed ex moribus patriis  
repentundus est. Vnde olim marito non competebat, nisi  
expresso pacto constitutus. l. 8. C. de pact. conu. Iure Saxonico  
maritis ipso iure conceditur.

## IV.

Si filius fam. cum dotata muliere matrimonium contrahit, quaeritur,  
cui hoc casu vsusfructus comperit? Evidem si domo patris  
et pane adhuc vtatur, patri recte tribuimus, ea potissimum de  
causa, quia dios ad onera matrimonii ferenda constituitur, quae  
iam non sentit maritus, sed parens, adeoque ei haud dubie  
vsusfructus dotis debetur. v. l. 46 ff fam. herc. l. 56. §. 1. et 2.  
et l. 57. ff. de iur. dot.

## V.

An sponsus etiam usum fructum bonorum sponsae accipiat? quæstio  
plus quam Domitiana quibusdam videri posset, quum alias in  
favorabilibus de sponsō idem iuris sit, quod de marito l. 4. ff.  
de fund. dot. l. 6. C. de don. ant nupt. l. 5. C. de bon. quae lib.  
Attamen quia hic de præiudicio sponsae agitur, et dotis con-  
stitutio

stitutio ob onera matrimonii ferenda, quae non dum patitur  
merita sponsus, introducta est, negantum sententia nobis placet.

## VI.

Haec regula, quod duo eiusdem rei domini in solidum esse nequeant  
*L. 5. §. vlt. ff. commod. l. 19. §. 3 ff. de casfr. pec.* circa dotis domi-  
nium limitatur. Istud enim marito et vxori simul a plerisque  
adscribitur, quae sententia etiam nobis arridet; addita tamen  
hac distinctione, quod maritus rei dotalis dicatur dominus  
intuitu constantis matrimonii, vxor vero intuitu dissoluendi.

## VII.

Quaeritur, an maritus etiam apud Romanos vxoris tutor vel curator  
legitimus fuerit? Adfirinavit hoc pridem GREG. THOLOS.  
*Synt. iur. uniu. XII. 4. 12. SCIP. GENTIL ad Apul. Apol.*  
*n. 1020.* nec non SCHILT. *Ex. XXXVII. 227.* ex male CIC.  
*pro Flacc c. 34.* intellecto loco. Nobis negotiua verior vide-  
tur. Conf. *l. 14. ff. de curat. sur. et al. l. 2. C. qui dar. tut. quia*  
*difficile erat, rationes, a marito, propter imperium maritale,*  
*exigere, et si male res vxoris gessisset, quaelibet tamen marito*  
*condonabat.*

## VIII.

Ad vsum fructum maritalem non opus est consensione thalami, licet  
alias ad effectum succedendi ex statuto vel pactis dotalibus a  
iure Sax. Communi, *Land. X. lib. 1. art. 45. verb.* Wenn sie in  
sein Vette tritt ic. er Electorali, *P. III C. 19. verb.* Das Beylager  
oder Vette beschreiten erfolgen muß ic. specialiter requiratur.

## IX.

In bona vxoris paraphernalia eorumque vsum fructum ob aes mariti  
alienum executio inuita vxore non potest institui, nisi vhus-  
fructus matrimonii onera longe excedat. *v. O. P. S. Tit. 40.*  
*Conf. STRVV. Synt. iur. feud. 6. 12. apb. 7. n. 4.*



56.



Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres

MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

IN ACADEMIA LIPSIENSI

CONSENSV

1739, 16.

DISSERTATIONEM

DE MARITO

ADMINISTRATORE  
ET VSVERVCTVARIO  
BONORVM VXORIS  
ADHVC MINORENNIS

SVB MODERAMINE

ON. ABRAHAMI KAESTNERI  
IVRIVM DOCTORIS ET PRACT.

IN

AVDITORIO ICTORVM

DEFENDET

CAROLVS GOTTLIEB MÜLLERVS  
DELITIO-MISN.

LIPSIAE, cl<sup>a</sup> I CC XXXIX, die IV. Martii.

LITTERIS GABRIELIS TROGII.